

1. Illud exquisitum, & tamquam maximi pretii habendum est, quod tale æstimatur ab illis, qui rite illud noverunt, & qui præstantiæ, ac meriti ejusdem judicis esse possunt.

2. Quod invidiam ceteri possident; & quarant a se quavis ratione hoc tantum bonum eripere.

3. Quam in magna illius cedit utilitate, ad quem pertinet. At ex hoc triplici loco anima summo est a nobis habenda in pretio. Plurimi æstimatur a Deo, eam quippe suo sanguine censuit redimendam; eamque omnibus mundi hujusce rebus antefert. Deomnum invidiam ceteri, qui nihil intentatum relinquunt, eidem interitum allaturi; Infinita nobis parit bona, Cælum videlicet, ac ipsius Dei possessionem.

V. 1. Anima nostra acquisitio est, ac possessio Filii Dei; hic illam suo acquisivit sanguine, eamque redemit; hanc igitur illi intactam servemus, oportet; & ab hostibus ipsius, qui hanc inde eripere conantur, tueamur.

2. Illius est Sponsa, eique integerrimam servare fidem tenetur; ipse enim pati nullo modo potest, ut per affectionem creato cupiam adhæreat bono, & cum eodem cor, amoremque partiat. &c.

3. Eiusdem est Templum, ut ait S. Paulus 1. ad Corinth. 13. & 2. ad Corinth. 6. Cavendum igitur est diligentissime, ne polluat, ambitionis, avaritiæ, voluptatis &c. idolis sacrificans.

VI. 1. Primo. Hoc maximum bonum est, quo donati fuerimus a Deo, creatorum enim bonorum origo est; & fundamentum. Oportet igitur a nobis in eodem haberi pretio, in quo apud Deum est, ut & beneficium magnitudinem intelligamus; & eam, quam idem gerit, ipsius curam geramus.

2. Hoc maximum quoque munus est, quod vicissim Deo possimus adferre. Oportet igitur navare operam, ut illud quam fieri potest, eidem acceptum, eoque dignum præbeamus, Animam hanc virtutibus, meritisque exornantes.

VII. 1. Sublimis conceptus, quem habere debemus de Anima nostra, eisque nobilitate, præstantia, ac pretio; non ut infleamur, atque superbia effera-mur, sed ne nosmetipsos depreciamus nosmet rebus indignis demittentes.

2. Ostendenda est existimatio, atque idea, quam de eadem concepimus, ex ea cura que a nobis suscipienda est, Animam hanc excolendi virtutibus, que illam Deo efficere possint gratiam.

VIII. Anima est imago Dei, ad ejus similitudinem facta; illum quippe spiritualitate sua representat, nihil enim materiale in illius natura invenitur, vel ad ejus productionem concurrat; eam sua libertate imitari, que ipsam actionum suarum dominam facit; eique bonum, malumque faciendi tribuit potestatem: ejus denique exhibet immortalitatem; illius quippe vita omnium sæculorum stadium excedit nullum unquam finem habitura. Debet ergo 1. bona querere spiritualia, eaque materialibus quibuscumque rebus anteferre. 2. Utilitatem suam debet, ut bonum operetur, & peccatum, quod unicuique in Mundo malum est, perhorrescat. 3. Aternis dumtaxat rebus esse debet intenta, quin hæc terrena, fluxa, & fragilia cum tempore labentia ipsam immorentur.

IX. 1. Animæ nostræ felicitas in hac vita est Deum per gratiam possidere, illum cognoscere, amare, eique famulari.

2. Hujus Animæ infelicitas est Creatorem suum offendere, & subire periculum ejusdem amittendi, eoque in altera vita in æternum carenti.

X. 1. Natura, gratia, & gloria Animam nostram efficere debent majorem in modum pretiosissimam, ac nos cogere, ut illius curam quam diligentissimam suscipiamus.

2. Gratia; hæc enim nobis ejus aperit præstantiam in ortu, ac sine ipsius; Deus enim omnia propter illum creavit; ipsa vero propter Deum creata est.

3. Gratia; hæc enim illam ornat, eamque amoret, ac sollicitudine Dei dignam præbet.

3. Gloria; facta enim est, ut sit æternum beata, quod bonum cæterarum rerum impendio ipsi est persequendum. Hæc est partitio Beroat in suo Quadragesimali.

XI. Deus creavit animam hominis, que illum cognoscere, atque amare possit. Hoc illi cum Angelis esse commune, & in hoc potissimum ejus præstantia, ac dignitas sita est; sed cum corpori inhaerens peccati labe inficiatur, tres ad hunc finem

nanciscitur obices, non nisi summo studio, ac labore infringendos. Primus est altissima rerum ad salutem suam spectantium ignorantia. Secundus, incredibilis erga sensibilia bona propositio. Tertius, inordinatus, nimisque proprii corporis amor. In hac igitur vita in id vacare debet, ut Deum agnoscat, ut sese a terrenis rebus detrahat, ut carnis suæ amorem compescat, illum subigendo, atque spiritui subiciendo.

XII. Anima considerari potest. 1. Quoad Deum, qui eidem esse dedit, & cui tamquam Creatori domino esse debet subiecta, & omnino ab ejus nutu pendere. 2. Quoad corpus, cui adhæret, cui dominari, non famulari ipsam decet. 3. Quoad Mundum, in quem ingressa est, & cujus potissimam partem constituit, debet enim super eundem se attollere, neque se eidem mancipare; quandoquidem hæc sua patria minime est, neque diutius isihic est permanentia.

XIII. Quandoquidem Anima nostra ad Dei imaginem, atque similitudinem creata est; Tria in Deo pendere possumus: Esse ejusdem spirituale, ac necessarium: operationes ejus, que sunt intelligentiæ, ac libertatis; ejus denique durationem, que æternitas est. Offendi autem potest, quomodotriplem hanc Animæ characterem communicet, ac inde iustæ illationes potest deprimi. Videri potest; 1. Eius essentia in Animæ spiritualitate. 2. Operationes in intelligentia actionum Animæ. 3. Aternitas in Animæ immortalitate.

XIV. De Animæ nostræ pretio judicium ferri potest ex magnitudine jacturæ, quam subimus, eamdem amittentes.

1. Jactura hæc est universalis; cum enim ea sit creatorum quarumcumque reum finis; omnia quippe propter illam creata fuere, eamdem amittentes reliqua amittimus omnia, que in illius gratiam dumtaxat facta sunt.

2. Hæc jactura est irreparabilis ac nullo unquam pretio resarcienda; unam enim habemus Animam: Quid prodest homini, si mundum univerſum lucratur, animæ vero suæ detrimentum patiar? Matth. 16. Cætera vero, vel in seipsis, vel in æquivalentibus possunt reparari.

3. Hæc jactura est infinita; anima quippe amissa Deus ipse, æterna felicitas, æternusque Cœli divitiæ amittuntur; vel ipsa est infinito æstimata pretio, quippe que divino sanguine redempta. Desumptum ex Auctore Sermonum in omnia Moralia Christiana argumenta Tomo 3. Dominicæ 3. post Pentecost. Dominicæ.

XV. Hominum plerique ex eorum numero sunt, quos Propheta dicit, animam suam in vanum recepisse.

1. Alii eam inutilem efficiunt, illius saluti nequaquam studentes, neque æternam illi beatitudinem procurantes, qui quidem ipsius finis est: quomobrem in Mundo fuit, quasi non essent; cætera quippe fœci facienda sunt: Hoc est enim omnis homo, Sapiens ait Eccles. 12.

2. Alii eadem abutuntur illis rebus intenti, que sui animæ suæ opponuntur, & eadem indignè sunt: Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? ut Sapiens loquitur Eccles. 4.

3. Alii denique thesauri hujus sunt prodigi, eumque dissipant, Animam suam temporali bono, fluxu voluptati, rebusque pretii nullius posthabentes. Ibidem.

XVI. Cum anima facta sit ad imaginem Dei, & sit præstantior corporis pars; toto cœlo spiritualem pulchritudinem anteferre debemus formæ corporis, ex qua homines sibi, ac aliis idolum constituunt.

2. Cum anima facta sit, ut Deo perſuatur, eumque æternum possideat: hæc nobis unica, & potissima cura esse debet, ut tantum boni eidem procuremus.

XVII. 1. Ostendere possumus, Animam nobilem esse in Creatione; quoniam Deus illam suis manibus condidit, & ob alias circumstantias, que in Scriptura afferuntur.

2. Animam pretiosam esse in sua Redemptione; quoniam Deus illam redemit sanguine suo, nihilque prætermisit, ut eam lucrificaret.

3. Animam felicem esse in sua glorificatione, quoniam Deus illam propria beatitudine coronavit: Hoc argumentum non longe abhorret ab illo, quod superius allatum est a D. Beroat; Desumptumque est ex Patre Simone a B. Virgine, concione de Animæ dignitate.

1. Ani:

XVIII. 1. Anima est imago Dei; ne illius lineamentum vitis, atque peccatis coinquinemus.

2. Anima est acquisitio Dei; infinito illi stetit impendio; ne igitur vii pretio eandem abiciamus. Non enim alteri eam tradere possumus, quin tantum nobis offerat, quantum obtulit Deus, qui seipsum tradere voluit, ut eam possideret.

3. Anima est Sponsa Dei; ne igitur hanc fœdari contemnamus. Ex eodem loco desumptum.

XIX. 1. Omnem Animæ nostræ curam nos gerere oportet; unicuique hoc nobis est in terris negotium; cætera nihil profunt, dummodo anima servetur.

2. Eam animæ alienæ curam gerere debemus, quam majorem possumus; hoc enim Deus ipse præcepit, ex nobis rationem expectatur, si per nostrum scelus illa interierit.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, atque Auctores, unde verum copia hauriri queat ad proposita Concionum lineamenta perſtrahenda.

S. Augustinus. S. Gregorius Nyſenus eximium de Animæ immortalitate sermonem est elucubratus.

S. Gregorius Nazianzenus librum composuit, qui de bono mortis inscribitur.

S. Augustinus quoque librum integrum habet de Immortalitate Animæ.

S. Gregorius Magnus in Moralibus per hanc immortalitatis animæ nostræ considerationem, merit in illius, qui animæ salutem cooperatur, illi probat antefendum, qui corpus liberat ab interitu.

S. Bernardus eodem innixus fundamento tres animarum Sandorum status representat. Primum est in corpore corruptibili; alterum sine corpore; tertium in gloria, atque in consummata felicitate.

Idem quædam de Anima proposuit Meditationes.

S. Basilius fufius hoc argumentum in oratione vigesima secunda persequitur.

Tertullianus libro de Animæ testimonio.

S. Joannes Chryſostomus Orationem de Anima composuit, que in Tomo quinto invenitur.

Idem Tomo eodem Epistola 5. loquitur de Animæ pulchritudine, ac ostendit formæ corporis esse præferendam.

Idem Homilia 8. ad populum Antiochenum, horrat ad Animam curam reliquis quibuscumque rebus antepandam.

Idem Homilia 12. in Genesim animæ dignitatem, & quantum hæc corpori antecellat, ostendit.

Idem in Sanctum Mattheum Homil. 60. invehitur contra plurimum in animæ gerenda cura negligentiam.

Idem in primam ad Corinthios Epistolam egregium habet de zelo animarum sermonem, alterumque ejusdem argumenti invenies Sermon. 10. 12. 22. cap. Genesim.

S. Gregorius Magnus in Ezechielem cap. 40. ostendit, quomodo per animæ nostræ cognitionem ad Dei cognitionem ascendere possumus.

S. Augustinus, vel quicumque auctor est Sermon. 48. ad Fratres in Eremito loquitur de cura, quam de anima nostra habere debemus.

S. Bernardus Senensis in Sermon. de diversis loquitur de affectionibus animæ, variisque nominibus, que illi tribuantur.

Idem Tom. 1. Sermon. 51. de Animæ dignitate, atque præstantia verba fecit.

S. Laurentius Justinianus lib. 1. & 2. differit de morte Animæ per peccatum, deque illius spirituali resurrectione.

S. Hieronymus Epist. 46. de Animæ origine loquitur.

Gerſon Part. 3. Tractatus de vita spirituali animæ.

Henricus Harphus in Theolog. Myst. l. 1. part. 2. loquitur de vulneribus, que Animæ originale peccatum inficit.

Guillelmus Parisiensis de Anima librum composuit.

Dionysius Chartusianus in Oper. min. tom. 1.

Joannes Franciscus Picus de animæ immortalitate tractavit.

Lefſius Tractatum de eadem conscripsit; at

prætermittimus Theologos Scholasticos, qui argumentum hoc pertractarunt ea ratione, qua ad Cathedralam magis, quam ad suggestum pertinent.

Sillhon alium gallicæ conscripsit, ubi hanc veritatem per Dei existentiam, cæteraque rationes ostendit.

Richelieu in libro de perfectione Christiana caput habet de Animæ immortalitate, alterumque, quo incipit egregium librum de cura, quam salutis suæ gerere debent Christiani ex consideratione dignitatis animæ suæ.

P. Senault Presbyter Oratorii libro de corruptione naturæ per peccatum tractatu 2.

P. Cassinus tract. 2. Aulæ Sanctæ pro Religionis fundamento veritatem de animæ immortalitate conscripsit.

P. Antonius de Sancto Martino in libro, cui titulus Consilium de la Grace parte 4. eamdem probat veritatem.

P. Guilleminot libro, qui inscribitur, Sapientia Christiana.

P. Delingendes Sermonem habet de anima a corpore secreta. Sermonem 4. pro feria 6. post quartam Quadragesimæ Dominicæ.

Beroat sermone 2. pro feria 4. Cinerum de Animæ præstantia loquitur.

Eusebius Nierembergius Homilia 8. tomo Homil. plures habet, eaque præclaras in hoc argumentum animadversiones.

Mathias Faber in Festo Dedicacionis Sermonem 6. num. 4. & Sermonem 8. num. 3. ac sermone 10. per totum.

Joly Tomo 1. Operum mixtorum Sermonem ultimo de animæ dignitate, & salutis ejusdem cura verba facit.

P. Simon a Virgine Carmelita Resformatus Tom. 2. Actionum Christianarum hujus argumenti sermonem habet.

Auctor Sermonum in omnia Christianæ Moralitatis argumenta: hoc non prætermisit. Illudque pertractavit Tomo 3. Dominicæ. sermone pro tertia post Pentecost. Dominicæ.

Idem Tomo 1. Argumentorum particularium sermone 2. de Ecclesiæ dedicatione de Anima loquitur tamquam de Templo Deo consecrato.

Idem Tomo 2. Dominicæ. sermone pro secunda post Pascha Dominicæ de zelo salutis animarum loquitur.

Granatenſis in locis Communibus Verbo anima: Summa Prædicantium. V. Anima.

Beschorius V. Anima.

Drexellius in Trismis l. 3. c. 1.

Labatha V. Anima.

Theatrum vite humanæ. V. Anima.

Pantheologia Raynerii de Pilis. V. Anima.

Lohner Bibliotheca manualis. V. Anima.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, & applicationes Scripture huic argumento.

Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Genesim. 1.

Sensus, & cogitatio humani cordis in malum pronata sunt ab adolescentia sua. Genesim. 8.

Educ de custodia animam meam; ne expectant justitiam, donec retribuatur mihi. Psal. 141.

Justorum anima in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis; visi sunt oculis impij in inferno; illi autem sunt in pace. Sap. 3.

Est vir anima suæ sapiens. Eccles. 37.

Est in vita sua tenta animam tuam, & si fuerit nequam, non des illi potestatem. Idem ibid.

Peccantem in animam suam quis justificabit? & quis honorificabit exbornantem animam suam? Idem c. 10.

Recupera proximum tuum, secundum virtutem tuam. Idem c. 29.

Fulgurium . . . qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stelle in perpetuas æternitates. Daniel. 12.

Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Sapient. 9.

Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius timeate eum, qui præterit & animam & corpus perdere in gobenam. Matth. 10.

Quid

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

Quid prodest homini si mundum universum lucratur, anima vero sua detrimentum patitur? aut quam debet homo commutationem pro anima sua? Idem 16.

Congratulamini mihi, quia invenii ovem meam que perierat. Luc. 15.

Lucratus eris fratrem tuum. Matth. 18.

Factus est homo in animam viventem; novissimus Adam in spiritum vivificantem. 1. ad Cor. c. 15.

Ego libentissime impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris. 2. ad Corinth. c. 12.

Scientes quod non corruptibilibus, auro vel argenteo redempti estis; sed pretioso sanguine quasi agni immaculati. 1. Petri 1.

Empti estis pretio magno. 1. ad Cor. 6.

Qui converti fecerit peccatorem ab errore vite sue, salvabit animam ejus a morte, & operiet multitudinem peccatorum. Jacobi c. 1.

Miserere anime tue placens Deo. Eccli. 30.

Scripturae exempla, atque testimonia de Animae immortalitate.

Ratio, qua homo creatus fuit, animae dignitatem ostendit.

Sola ratio, qua homo divinis manibus compactus fuit, ex Tertulliani sententia satis aperit animarum nostrarum nobilitatem, praestantiam, atque immortalitatem. Videmus enim in Genesi, cum caetera creata fuere animantia, eorum corpora, & animas una, eademque simul actione fuisse producta; atque inde ea, quae sunt, repente extitisse. Producat terra animam viventem in genere suo, jumenta, & reptilia, & bestias terra secundum speciem suam; factumque est ita. Gen. 1. At ubi Deus hominem voluit effingere, tunc duplicis actionis peritus diversae fit mentio; alterius quidem, cum ejus corpus e limo efformatum fuit; alterius vero, cum Creator in effectum corpus inspiravit animam viventem, qua fuit animatum. Formavit Deus hominem de limo terrae: haec prior actio fuit, posterior vero: inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae; & factus est homo in animam viventem. Gen. 2. Ita anima hominis e limo efformata non fuit, neque ex alia quacumque re materiali desumpta, sed ab uno Deo creatam: & inspirationis verbo utitur Scriptura, ut offendat, animam corpori ab extra accessisse, ac divino afflatu in corpus jam dispositum, atque compactum insulam fuisse: ita ut cum nihil materiale, corporeum nihil in illius formatione inveniantur; tota sit spiritualis, ideoque immortalis, & naturae profusae a caeterorum animantium animabus diversae.

Animae nobilitas, ac dignitas est, ad Dei imaginem fuisse creatam.

Neque minus est dignitatis, atque spiritualitatis animae nostrae argumentum, ex sacro Textu intelligere, quod Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam efformaverit. quod hominis corpori convenire non potest: nihil enim materiale in Deo est, qui purus est Spiritus. Dicendum est ergo, animam hominis in omnibus facultatibus suis ad Creatoris imaginem fuisse efformatam, in intellectus, atque perspicacitatis extensione, in voluntatis libertate, quae est actionum suarum domina, atque ut omnia verbo complectar in naturae similitudine; nam purus est spiritus, ut Deus. Hinc oritur quod nulla creatura illi auferre possit essentiam, quam eidem tribuit Deus; ideoque everti, & annihilari non possit.

Quod anima post corporis interitum adhuc subsistat, aperitissimum probatur exemplo, quod Biblia 1. Reg. 28. suppeditant in anima Samuelis, quae apparuit Sauli; satis enim est eas pendere voces, quibus utitur Scriptura, ubi de eadem loquitur apparitione, ut intelligamus non phantasma quoddam, sed Prophetae animam huic Principi apparuisse: Spiritus enim Samuelis repente apparuit, & antequam Pythoissae, quam Saul perornatus adierat, illum evocasset, atque consultas cautiones adhibuisset; hoc pacto offendens se illuc accedere a Deo quidem missum, non autem Magiarum notarum virtute excitatum. Ita ipsa quoque obstitit videns hunc contra aliorum morem assurgere, atque timore contrita exclamavit: Quare impoisti mihi? Tu es enim Saul. Ad haec ratio, qua Samuel locutus est: quare me impoisti? ut suscitaret? Saulis responso, praedicti Prophetae, quae portendit, & illum quoque crassina die ad plures abiturum; haec omnes circumstantiae dubitandi locum auferunt, quominus ea esset Samuelis anima post corporis obitum adhuc superstes.

Sexcenti occurrunt in Veteri Testamento loci

probantes, vel supponentes animarum nostrarum immortalitatem; hi autem praecipui sunt. Primus ex illis desumitur verbi; Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob, ex quibus ipse Dei Filius apud S. Lucam infert; non est Deus mortuorum, sed vivorum. Si animae illorum eundem cum corporibus finem habuissent, numquid Salvator ita fuisset locutus? Haec eadem veritas inferri potest ex eo loquendi modo, quo saepius utitur Scriptura de Regibus Juda loquens, quorum mortem somnum appellat. Dormivit cum Patribus suis; cum ita monere voluerit Spiritus sanctus; ipsos usque ad saeculorum finem quiescere, & aliquando tandem novissimi Judicii die esse reurrecturos.

En rursus alii ex veteri Testamento insigniores loci qui totius Religionis fundamentum vocari possunt. 1. Verba illa Sancti viri Tobiae; filii sanctiorum sumus, & vitam illam expectamus quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutavit ab eo. Tob. 2. Impiorum, reproborumque verba quibus Sanctos intuentes felicem horum conditionem hanc cum sua conferunt. Haec autem in Sapientiae libro cap. 5. referuntur. Non insensati vitam eorum putabamus insaniam &c. Quae verba nonne supponunt post mortem alteram pro illis, pro caelestis alteram vitam superesse? 3. Alia haec item verba ex eodem Sapientiae libro decepta nonne illud ipsum aperte confirmant? Subjovum animam in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Vili sunt oculis insipientium mori, &c. Illi autem sunt in pace. Sap. 3. 4. Generosus ille Martyr, de quo sermo est 2. Machabaeorum ca. ne ratione Tyrannum, cuius imperio ad necem raptebatur, fuisset allocutus si animam suam cum corpore credidisset interiturum? Et si in praesenti tempore, aiebat ille, supplicis hominum epistolarum, sed manu Omnipotentis nec virorum, nec defunctus effugiam. 5. Responso sanctissimi fenis Eleazar, qui cum ab eodem Tyranno torqueretur, ac quadam simulatione ut ab aliis fuaderetur, ut gravissimis, quibus afflictebatur, supplicis liberaretur; nonne eandem suppositit sententiam, qua in lege veteri, aequae ac in recenti semper habita fuit tantquam certissima?

Exempla, ac Testimonia ex novo Testamento desumpta.

Univerfa Lex Filii Dei, omnia ab eodem constituta Religionis praecpta, non aliud, ut ita dicam, sunt, quam varia ex hac veritate illationes; alteram scilicet adesse vitam, animaeque nostrae esse immortales. Salvatoris resurrectio adeo fulgens, ac tot probata argumentis, frequentes ipsius coram Discipulis apparitiones, crebri de Coelesti Regno sermones, aeternae beatitudinis promissiones, aeternorum suppliciorum minae, virtutes, quarum praecpta praebuit exempla, mortui, quos suscitavit, praecpta, quae hominibus irrogavit, causa, propter quam in mundum descendit, ac mors, quam pro nobis subit, nonne totidem sunt hujus veritatis argumenta, de qua nulla Christiana Fidelis dubitatio laborari potest.

Epulonis Historia, vel Parabola, quae de iustorum quidem in altera vita felicitate, reproborumque supplicis nos admonet, mera esset fabula, nisi corporibus superstes esset anima, ac immortalis non esset. Parabola villicij qui heri sui bona dissipaverat, nonne Filio Dei occasione praebuit, ut amicos nobis conciliemus de mammona iniquitatis, hoc est opibus iniustus rationibus acquiritis, ut post obitum nos in tabernacula aeterna recipiant? Quid haec innumerant, si eodem fide anima simul cum corpore tegetur?

Apostolus, ac Discipulus JESU CHRISTI satis erat haec veritas probata, nonne enim, ut salutem animarum procuraret, Evangelium toti Mundo annuntiarent? S. vero Paulus praesertim nonne fragrantissimum testatur desiderium, quo sibi hujus corporis vincula dissolvi cupiebat, ut cum JESU CHRISTO aeterna felicitate perfruere? Nonne enixus urget? qui me liberabit de corpore mortis hujus? ad Rom. 1. his innuens verba futuram ut felici vita, & ab omnibus mundi hujus arumnis profusae vacua fruatur,

loci ex veteri Testamento, qui animarum nostrarum immortalitatem supponunt.

Alienarum animarum facti qui fuerit, hic audet.

Quorundam Scripturae locorum huic argumenti applicationes.

Lucratus eris fratrem tuum. Animae & suae, & proximi sui salutem concupiscere duo sunt ita arte inter se conjuncta, ut separari minime posse videantur aliene vero salutis studere certissima vere ratio est, proprie consulenda. Si enim Jonathan olim a Patre suo morti adjudicatus, eo quod virga favum mellis tetigerat, dum victoriam de Philistiim persequeretur, enixis populi precibus, qui adolescentis Regij virtute de praesenti discrimine fuerat ereptus, supplicio liberatus est, Patre severissimam hanc sententiam revocante. Certum profecto est, quantumvis magnum scelus peccator admiserit, quantumvis gravem illum Deum sententiam protulerit, si quid ille animarum salutis profuerit, has ad solium Omnipotentis accessuras, ut eundem misericordiam inflectat, & aequae elata voce conclamationes, ac olim populus a Jonathan feryatus, aequum non esse, ut qui tot alios servaverit, intereat.

Reddet animam pro anima. Deuter. 19. In veteri lege hominis anima repetebatur pro anima fratris ipsius, hoc est, illi vita auferatur, qui vitam proximo abstulerat; quod hodie quoque in humano iure servatur; sed in quodam applicationis sensu dici potest futurum, ut Dei iustitia potiori iure animam pro anima petat; hoc est, si quis anigmata eidem non ferens opem, ubi indigerit, unicuique mandavit Deo de proximo suo. Eccli. 17. ambigi nequit, quominus anima sua animae illius iacturam reparare teneatur, & interitus ejus animae, quae ob nostrum defectum, vel pravum sit allaturus, aeternam nobis damnationem.

Deus, ac Daemon animas possunt.

Da mihi animas, caetera tolle tibi. Genes. 14. Haec aiebat Rex Sodomorum Abrahae a quo homines tantum sibi reddi volebat, reliqua nullo in discrimine se habere significans. At haec verba nunc JESU CHRISTO applicari possunt, qui ex omnibus hujus mundi bonis animas tantum quaesivit, caetera vero contempsit; nunc demoni quoque, omnem persecutanti rationem, qua animas perdere possit. Hic exhiberi potest, tamquam si Ecclesiasticus fesset offerret, quibus Deus curam animarum commisit, eisque diceret: Da mihi animas, caetera tolle tibi. Illis ultra relinquat opinos beneficiorum redditus, dignitates, honores; eos sinit his omnibus rebus frui, dummodo eidem animas deserant, quas unicus peti. Da mihi animas, caetera tolle tibi.

Erve a framae Deus animam meam, & de manu cantis unicum meam. Psal. 21. Animam videlicet; haec enim unica nobis est, unicuiqueque bonum a nobis servandum: vel unica, & primogenita, quae a nobis diligenter tenenda, & amanda, tamquam res unica, cujus in hoc Mundo curam gerere teneamus. Sed oppositum profus periculis nihil enim magis negligitur, omnibusque periculis obicitur, quam anima, quin animadvertatur, non aliam suppetere, quae in illius locum subrogetur, ubi eundem passu fuerimus detrimentum. Haec fuit responsio, quam Summus quidem Pontifex Oratori nescio qui urgenti, ut Regi suo permitteret aliquid, quod ille citra conscientiae suae detrimentum permitteri minime posse confesabat, reddidit. Si duas haberem animas, inquit ille, alteram liberet pro Rege tuo in discrimen adducere; sed cum unam tantum habeam, aegre ferre non debet, si per quam diligenter caveo, ne eundem patiar iacturam.

Animas nostras thesaurus est in vase fictili.

Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. 2. ad Corinth. c. 4. Quidam locum hunc explicant de gratia Dei, quae fragilis est, atque jugibus obnoxia periculis, donec inter vivos versetur; alii vero de virtutibus, quarum iactura est facilior. Verum optime explicari posse reor de anima nostra, quae cum repta in fictili corpore continetur, omnibus illius infortunitatibus patet, & donec in illo permanet, similis est thesauro, de testaceo vase recondito; ita ut summa cura custodienda sit, tamquam aliquid pretiosum simul, & fragile.

Animam meam porto in manibus meis. Psal. 118. Sanctus Thomas in hac Regij prophetae verba, hoc dictum putat, ut intelligamus quanto in pretio

habenda sit anima nostra, & quam metuendum, ne illius iacturam subeamus. Quemadmodum enim quod habemus in pretio, ac metuissemus ne vel auferatur vel elabatur, semper in manibus tenemus, atque tunc illud in tuto esse arbitramur; ita animam nostram tueri opus est; in manibus habere semper, ne affectum illecebris decipiatur, ac mundi contagione sedetur, & contabescat. Anima mea in manibus meis semper.

Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, & si perdidit unam ex illis, nonne dimittit novaginta novem in deserto, & vadit ad illam, quae perierat, donec inveniat eam? Luc. 15. In hac verba Tertullianus ait, gregem universum unica ove non esse cariorum. Grex una ovicula carior non erat. Eam amissam quaerit, ac illa una amissa, gregem omnem se amississe putat. Et S. Chrysostomus in Epistolam ad Galatas in animarum nostrarum solatium hoc animadvertit, animas singulorum a Deo ita amari, perinde una tantum esset anima in toto terrarum orbe; ideoque unum hominem aequae Deo carum esse, & acceptum, ac omnes simul mortales. Quamobrem Dei ipsas exemplum securi, addit ille, eandem animam nostrae curam gerere debemus, ac si illius salutis totius humani generis salus esset conjuncta, atque a singulorum profectu in virtutis via, omnium hominum perfectio, & sanctitas proficerentur. Hoc autem discretissimis verbis a S. Ambrosio confirmatur: Christus pro omnibus mortuus est, hoc est quantum in ipso est, ejus momenti est, unius, cujus momenti est omnium perditio.

Deus unicam animam tam diligit, quam si unam omnium esset.

Empti estis pretio magno. 1. ad Corinth. 6. In quae verba S. Augustinus ait, Deum ex pretio quo animam nostram redemit, magnitudine satis ostendisse, quantopere hominem diligit; id autem, ut intelligamus, quanta fuerint ab ipso expianda delicta; non enim ad hominem redimendum misit Angelum, neque Arcangelum, sed Unigenitum suum, qui omnem sanguinem ad extremam usque guttam profus effunderet. Quapropter cum anima nostra tanto steterit impendio, tantoque a Deo habeamus hanc pro vili; fluxaque re tradiderimus, & illam, quae coram Deo tanti pretii est, pro bonis adeo fragilibus, ac perituris, qualia sunt omnia vitae hujus bona, vendiderimus. Ita memoratus Paeter allata explicat verba.

Verumtamen animam illius serva. Job 2. Haec dixit Demoni Deus, cum illi permisit, ut Sancti Job virtutem experiretur; illi quippe contulit proderam in omnia ejusdem bona, filios, ac pecora; at ne vite ejusdem detrimentum afferret, prohibuit. Hoc enim anima ibi significat; Verumtamen animam illius serva. Verum nihil aptius explicare dicendo corpus quidem nihil esse, hujus vitae bona flocci esse facienda, ac ipsam etiam vitam nullo in discrimine habendam, dummodo animae consulatur; eaque rerum quarumcumque impendio servetur: Omnis homo in anima est, inquit S. Ambrosius; si animae iactura fiat, caetera quaecumque pereunt; ideoque sedulo servanda est: Verumtamen animam illius serva.

Animas servanda est caeterorum servum deservit.

Deum time, & mandata ejus observa, hoc est enim omnis homo. Eccles. 12. Omnis homo in hoc positus est, ut metuat Deum, legem illius servet, atque ita animae suae salutem operetur. Ita quicumque es, S. Ambrosius inquit, tibi inquam, non possessionibus tuis, attende tibi; tibi inquam, non spiritibus corporis; tibi inquam, hoc est animae tuae, in qua te potiorum esse nosti. Hoc verbum altius menti figendum est; nulla unquam oblivione deleatur ex animo; scias a te rationem Deo esse reddendam huius thesauri, quem sibi servandum commisit. Nulli parcendum labori est; negotium hoc tibi uni conceditum est, cuius curam Deus tibi ita imposuit, ut tu unum illum procurare tenearis, de eodem rationem redditurus.

PARAGRAPHUS IV.

Locis, ac Sententiae SS. Patrum in hoc argumentum.

In vanum accipit animam, qui sola praesentia cogitat, & quae sequuntur in perpetuum, non attendit, & qui ejus vitam negligit, & ei carnis curam anteponeit; non autem accipiunt eam in vanum, qui ad ejus utilitatem, intentione continua referunt, quae.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

quacumque corporaliter operantur. S. Greg. Moral. 7. c. 19.

Si magna mercedi est, a morte eripere carnem, quamquam morituram; quanti est meriti a morte liberare animam in caelesti patria sine fine victuram? Idem Hom. 26. Moral.

Sic conditi mirabiliter sumus, ut ratio animam, & anima possideat corpus. Idem.

Totum hominem animam circumfert, & quo vult transfert. Tertull. l. ad Martyres.

Quod majus lucram potest esse, aut quod pretiosius, quam si humanam animam qui lucretur? S. Hieron. in Epist. ad Titum.

Pretium uniusquisque animae suae conseruitur, cum concupiscentiae satisfecit. Cyprian. in Symbol. A. postol.

Animus auctor culpa, caro autem ministra. S. Ambros. Offic. 1.

Deus operis sui idoneus aestimator. Idem l. 7. in Luc.

Animam hominis aut a Deo, aut a Diabolo regitur. S. August.

Animas mortuas multi in corpore vivo habent. Idem.

Animae mortuae sepulchrum est corpus. Idem.

Vis ut animae tuae caro tua seruiat? Deo seruiat anima tua; debes regi, ut possis regere. Idem.

Vae animae auctae, quae speravit, si a se recessisset, se aliquid melius habituram. Versa & reversa, in tergum & in latus; & dura sunt omnia, & tu solus requies. Idem l. 6. Confess.

Sicut Deus omnem creaturam, sic anima omnem creaturam naturae dignitate praecellit. Idem de Gen. ad litteram.

Omnis anima aut Christi sponsa, aut Diaboli adultera est. Idem ibidem.

Quomodo modum sciendum est animam non esse quod Deus est; ut presumentium, nihil intra omnia quae creavit, ipsi Deo esse propinquius. Idem l. 10. Confess.

Cum te Deum quero, vitam beatam quero. Quaram te, ut vivas anima mea; vivit enim corpus meum de anima mea; & vivit anima mea de te. Idem, ibidem.

Ut vita carnis anima est, ita vita beata hominis Deus est. Idem Epist. 56. ad Diocorum.

Animam habet mortem suam, cum vita beata caret, quae vera anima vita dicenda est. Idem l. 14. de Trin. c. 4.

Mors animae fit cum ea Deus deserit: sicut corporis mors cum eam deserit anima. Ergo totius hominis mors est, cum anima a Deo deserta, deserit corpus. Idem l. 3. de Civit. c. 2.

Immortalis est anima tua, & vivificat mortalem carnem tuam: immortalem dico animam tuam ad utramque; si credidi, immortalis est ad vitam; si non credidi, immortalis est ad poenam. Idem l. 3. de Symb.

Quando me intellexi Christi sanguine emptum, nolui amplius me exhibere venalem. Idem.

Christus pendit in ligno vitae; vide quanto emit, & videtis quid emit. Idem in Pf. 43.

Imago Dei, Dei capax & particeps; capax per cognitionem, particeps per amorem. Idem l. de Trin.

Magna res est anima, quae Christi sanguine redempta; gravius animae casus, qui non nisi Christi cruce potuit reparari. S. Bernard. Epist. 54.

O anima! insignita Dei imagine, decorata similitudine, desponsata fide, redempta sanguine, deputata cum Angelis, capax beatitudinis, rationis particeps, quid tibi cum carne, quae haud aliud vilis sterquilinum invenit? Idem in meditat.

Ad imaginem Dei facta est anima rationalis; ceteris omnibus occupari potest, repleti omnino non potest; capacem enim Dei, quidquid Deo minus est, non implet. Idem Serm. de Dedicat.

Totus quidem iste mundus, ad unius animae pretium, estimari non potest. Idem in meditat.

Sublimis est animae pretium, quae non nisi sanguine Christi redimi potuit. Idem ibidem.

Quid majus tibi tibi facere potuit, quam ut ad similitudinem suam conderet factor tuus? attende igitur diligenter primae conditionis tuae excellentiam. Idem Serm. 67. De inter. dono.

Dignissima compensatio esset sanguinis Christi. Id. (sic animam vocat.)

Mira res anima, quae Christi sanguine redempta est. Idem Epist. 54.

Damna animae totum penitus secum auferunt; nec quicquam homo omnino habere potest, qui seipsum da-

mo animae percipit amittit. Salvian. l. 3. ad Eclecl. Cath.

Quis furor, viles a vobis anima haberi: quas etiam Diabolus putat esse pretiosas? Idem ibidem.

O anima! quid miraris siderum altitudines, & profunditatem maris? Animi tui abyssum intra, ac mirare si potes. Isidor. l. 2. de summo bono.

Salus creaturae lucrum est Creatoris. S. Hieronym.

Animam cara & amica possessio Dei, cujus causa formatum est Caelum, & extensum est mare, fundata est terra; propter quam Sol oritur & occumbit. Aug. Serm. 223. de tempor.

Animam Civitas Dei est, de qua tam gloriosa dicta sunt, quod ad imaginem Dei facta est. Idem l. de spirit. & anima.

Unusquisque animam suam Diabolo vendit, accepta tanquam pretio, dulcedine temporalis voluptatis. Idem in Epist. ad Rom.

O anima! erige te; tanti vales! Idem in Psal. 102.

Si animam negligamus, nec corpus salvare poterimus; non enim anima pro corpore, sed corpus pro anima factum est. S. Chryso. l. de recuperat. lapsi.

Vitae scire quantum sit pretium animarum? redempturus eas Unigenitus, non mundum dedit, non hominem, non terram, non mare, sed suum pretiosum sanguinem: vidisti magnitudinem pretii. Quando ergo tuam tantum emptam perdidisti, quomodo poteris eam deinceps emere? Idem in Psal. 49.

Nihil est quod animae possit equiparari, ne uniusversus quidem mundus. Itaque si immensas poenitentiae exeres pauperibus, plus tamen effeceris, si unam converterteris animam. Idem Hom. 3. in 1. ad Corinth.

Poenitentiam qui amittit, aliam pro amissa potest afferre; similiter qui edes, qui servos, qui caetera businessodi amittit: animam vero si perdat, aliam pro ea dare nunquam poterit. Idem Homil. 36. in Marti.

Pretiosum depositum, quod sibi Christus sanguine proprio pretiosius judicavit. Bernard. Serm. 3. de Trin. Advent.

In hac anima totus es homo; quia sine hac nihil es, sed es terra, & in terram revertetur. Ambros. l. 6. exam.

Nobilem vult esse vitam tuam, qui tibi commisit imaginem suam. Euseb. Emilian. in Homil. 2. de Symbol.

Quam pretiosus sis, si factori forte non credis, interroga redemptorem. Idem ibidem.

Tam copioso munere redemptio agitur, ut homo Deum valere videatur. Idem Homil. 6.

Transisse ipsum vides in pretium meum. Idem Homil. 6. de Pasch.

In trinita Crucis, non aurum, vel argentum, sed semetipsum passus est auctor salutis appendi: ut homini, naturae suae dignitatem, vel ipsa ostenderet pretii magnitudo. Idem de Symbol.

Ergone majus erit suscitare carnem iterum morituram, quam animam aeternum victuram? Ergone majus erit carnem revocare ad gaudia mundi, quam animam restituere gaudia Caeli? O quali doli! quanta dignitas, talem gratiam a Deo accipere! Richard. a S. Vict. l. Benjam. c. 44.

Opinio immortalitatis animae fundamentum religionis & honestatis; quam quis non credit, tollit spem alterius vitae, & nihil restat nisi profuturo virtutum. Guill. Paris. l. de Immort. anim.

Cum optimus quisque posteritati seruiat; esse aliquid verum est, cujus si post mortem sensum sit habiturus. Cicero Tulcul. quaest. l. 1.

Præstantes viri nunquam tanta conati essent, quae ad posteritatis memoriam pertinerent, ni animo vidissent, posteritatem ad se pertinere posse. Idem in Cat. maj.

Animarum nulla in terris origo inveniri potest; nihil enim mixtum atque concretum; aut quod ex terra natum, atque factum esse videtur: nec invenitur unquam unde venire possint nisi a Deo. Idem l. 1. Tulcul. quaest.

Mibi quidem nunquam persuaderi potuit, animos, dum in corporibus essent, vivere; cum exissent, emori. Idem l. de Senect.

Hoc habet argumentum divinitatis suae, quod eam divinae delectant. Senec. l. 1. natural. quaest.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia fontibus ad hoc argumentum possit hauriri.

Animae de-
finitio, &
facti.

Animae di-
gnitas, &
praestantia.

Animae spiri-
tualitas.

De Animae
libertas.

S. Augustinus Animam definit, substantiam creatam, invisibilem, spiritualem, ac immortalem in se Creatoris sui imaginem referentem; unde insert, postquam in tempore vixerit, quod suis, certisque finibus circumscriptum est, ex naturae ipsius privilegio in aeternitate, quae nullis finibus continetur, eidem esse vivendum. Cum enim Deus animarum nostrarum sit auctor, easque ad imaginem suam efformaverit, æquum est, ut aliquando ad auctorem suum revertantur, ita ut cum ipse sit efficiens hominis causa, non alium esse debeat felicitatis ejusdem obiectum; unde sequitur ex ejusdem Doctoris sententia, Animam nullam invenire posse requiem, nisi ad Deum ipsum redierit.

Animæ dignitas consideranda est, vel ex ejus origine, vel natura, vel fine, vel pretio, quod pro ipsius redemptione perfolutum est. Hac quatuor non solum supra caeterorum animantium animas, verum etiam supra perfectissimas quoque creaturas illam excolunt, ac efficiunt, ut Deus ipse, tanquam præstantissimum operum suorum eandem respiciat. Propter illam enim Caelum, terramque condidit, ac in illa nobilissimos similitudinis suae caracteres impressit. Ita cum de hac anima propter scelus suam esset, ipse venit in Mundum, vitam suam tradidit, totumque effudit sanguinem, ut illam redimeret; quod monet, ne nos illam flocci faciamus, neque iterum de gradu ipsius de-lineamenta, quod præclara delet divinitatis interitum, eamque tandem in calamitosissimum interitum precipitem tradit.

Primus Divinitatis caracter, qui animæ nostræ inustus sit, quoddam veluti intellectus, & immortalitatis suae fundamentum, atque principium, spiritualitas est; videlicet independetia a materia, cui inhaeret, & quae nihil ad ejusdem contrulit existantiam; cum anima toto caelo corpori præset, atque supra quancumque sensibilia ordinem præstantiorem obtineat. Fateor quidem, difficile esse hanc mentis nobilitatem intelligere, animam quippe corpori adhaeret, & ut plurimum per extrinsecus organa cognoscit; & quia operationes suas in seipsum commune. Hinc mentes magis obnoxæ, ac rudes de animæ nostræ dignitate dubitant; verum eandem ipsis aperitissime ostendere possunt, & mentis operationes, quae penitus eandem aperiunt, & secreti instinctus, anterioreque sensus, quos in nobilissimè experimur, qui efficiunt, ut animæ spiritualitatem non cognoscimus solum, verum etiam sentiamus.

Ad hac si verum est, intellectum nostrum operari quædam sine quoque corporis adminiculo, verum quoque esse operationes quasdam ipsius mere spirituales esse, ideoque ipsum quoque spirituale esse debere: ideoque actio qualibet suo principio conformis est, neque supra ejusdem naturam sese potest attollere juxta tritum illud Philosophorum axioma, operatio sequitur essentiam. At certum est, intellectum nostrum quasdam habere operationes, quae a corpore minime pendunt, & spirituales sunt; quandoquidem cognoscit Deum, & Angelorum naturam, quae sane objecta sunt mere spiritualia; & non nisi spirituali actione intelligenda.

Alter divinx imaginis caracter, quam Dei manus omnipotens inculpsit animæ nostræ, libertas est; atque ita duas Theologorum opiniones de imagine Dei in anima nostra diffidentes conciliare possimus. Dicunt quidam illam positam esse in imperio, quod in mundum universum obtinens; alii vero eam statum in ratione, atque intelligendi vi, quae hac anima prædita est. Sed nihil obest, quo minus utramque sententiam conciliemus dicentes, per rationem, atque libertatem concilium fieri Divinx dominationis participem, atque imperii speciem quandam in omnia Mundi objecta fuisse affectum: nam cum exempli gratia in nobismet motus, & studia quædam experimur, & ad illas sequendas impellimur, nobis integrum est, & affectui parere, & illius vim propulsare. At quæso undenam hæc in utramque partem libertas? Houdry Bibl. Tom. I.

Tuto respondere possumus, eam ex illa libertate emanare, quae anima a Deo donata est, atque ab præclara illi dignitate, quae a materia, quae natura sua est determinata, distinguitur.

Tertius, ac postremus divinx in anima nostra imaginis caracter est immortalitas, quæ ex S. Joannis Chrysothomi sententia totius Religionis nostræ fundamentum est; nam omnes promissiones, Prophetarum vaticinia, Evangelicæ minæ hanc aeternitatem respiciunt, sine qua fides nostra est inanis, & vacua; si enim anima nostra immortalis non esset; hæc omnia effectum carerent, ac meræ illusiones essent. Quamobrem Deus tum intra nos, tum extra tot faces accendit, quæ hanc nobis veritatem ostenderent; ad quam probandam, atque confirmandam omnia fidei, ac rationis lumina confluent. Hujus rei probationes fustius apud Theologos, atque Auctores, quos supra memoravimus, videre est, qui hæc præsertim de re singulares tractatus, ac volumina ediderunt; quorum quidem nonnullas minus abstractas, ac magis morales afferemus.

Quicumque animæ nostræ immortalitatem impugnant, errorem suum alio errore confirmant, rati animam nostram esse materialem. Verum cum liquido probeatur ex animæ operationibus, spiritualis esse, immortalis quoque inde esse probatur. Nemo Philosophorum hanc illusionem improbat, quæ negari non potest; cum constat, ea omnia, quæ intereunt, suam amittere essentiam, vel propter contrarium usum, vel propter causæ illa servantis defectum, vel propter subjecti sui corruptionem. At ob nullam ex tribus rationibus rationibus substantia spiritualis potest interire; non ex prima, spiritualis enim substantia nihil habere potest contrarium, quo destruat; cum qualitates omnes, quæ eidem oppositæ censentur, sint materiales; ergo anima, quæ spiritualis est, nihil in natura sua habet, quod eam actionem, & vim pertimescat: non ex altera; cum enim Deus spirituum Creator sit, eorumdem est quoque servator, neque illis deesse potest, nisi absoluta voluntate, quæ una creata quæcumque penitus delere potest; neque tandem ex tertia; hæc enim agit de spirituali substantia; & ea tantum accidentia, quæ perituri inhaerent subjectis, esse desinunt, ubi subjectum ipsorum esse deserit.

Nemo unus ignorat, materiales facultates linguæ ratiæ tantum objecta cognoscere: exempli gratia, visum intruere tantummodo colorem peculiarium, qui est in subiecto; gustum percipere solum saporem illum, qui in hac, vel illa esca invenitur; auditum non nisi sonum illum, quod auribus accidit, percipere; quod de caeteris quoque materialibus facultatibus dicendum est, quæ nunquam in objecta universalia operantur. Intellectus vero universalis operantur. Intellectus vero universalis concipit, & generatim definit, quod sensus particulariter tantum cognoscit; quod intellexit in scientiis, quæ non aliud habent obiectum, nisi id, quod est universale. Ita rationis vis inferre nos cogit, intellectum nequaquam esse facultatem materialem. Præterquamquod non solum cognitionis suæ obiectum, sed ipsam quoque cognitionem suam cognoscit, in quam in infinitum suas considerationes extendit; cum interim materialis potentia actionem suam cognoscere nequeat; exempli gratia, nequeat oculus videre actionem, quam videt, sed tantum obiectum quod ab ipso videtur.

Ea quæ vera omnibus semper sæculis a sapientissimis quibuscumque habita sunt, tanquam vera, citra quamlibet dubitationis aleam habenda sunt. Hoc docet Philosophus disertissimus verbis initio Ethicorum suorum: error enim, qui ex nonnullorum tantummodo ignorantia procedit, nunquam in iis reperitur, quæ universe prudentissimi, sapientissimique viri crediderunt. At si huic axiomati inuti velis, immortalitas animæ certissima est existimanda; hæc enim omnibus sæculis ab omnibus terrarum gentibus, licet regionum infinitis propemodum spatiis distantibus, nullo unquam commercio conjunctis, Religione, opinionibus, sententiis, moribusque prorsus oppositis credita fuit. Unde vero hæc adeo vetus, adeo conformis, adeoque universalis sententia fuisse potuit, nisi ab Auctore naturæ, qui eam in cordibus nostris inculpsit? Sin autem extiterit quidam, qui hæc impugnaverint opinionem, præterquamquod hi numerabiles profecto sunt, ut potè pauci; ac

Ejus immortalitas.

C. Thom. l. 1. contra Gen. c. 76.

Probat animae spiritualitas unde inferitur immortalitas.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

nominis fama laborant, atque a cæteris exploduntur in ipsis etiam Ethnice religionis tenebris; semper tamen animadversum est vite ipsorum flagitia, ac libidinosissimum vivendi genus hancipis iniecit mentem, ut cogitationem, metumque suppliciorum, que sceleribus suis debebantur averterent; Malum enim extinguit, quam ad supplicia referri: Minutus Felix inquit.

Que mala ex opposita sententia ostenduntur.

Si homini non alia adesset vita præter eam, quam in hoc mundo tradidit, impij, qui seferciniosius ingurgitant voluptatibus, præ bonis longe feliciores essent; omnesque jure in id unum vacarent, ut summam felicitatem in terrenarum suavitatum perfruitione statuerent, atque vita sua pro virtutibus ostentarent; cum enim vita hæc eorum esset finis extremus, jure apud illos virtutis locum obtinerent. Hæc moralis ratio tantam vim habet, ut D. Chrysolomo locum præbuerit asserendi, negare anime immortalitatem, ac Dei existentiam negare, unum & idem esse; hoc enim pacto Deum insultum esse crederemus, qui bonos quidem sine premio, eo quod omnes hujus vite voluptates abdicaverint, impios vero sine poena, quod omni flagitiorum genere sese protulerint, relinqueret. At in Deo injustitiam admittere, idem est, ac tollere divinitatem.

Si verum est nihil in terris inventi, quod ad ælium aliquid finem minime tendat, ubi bonum, ac requiem suam nanciscatur, quam tamen assequi nequit; quod ignis fursum, lapidis vero deorsum tendentium exemplis confirmatur; nonne anima quoque ad illud bonum contendere debet, quod sibi satisfacere, ipsamque felicem efficere possit? At naturali docemur lumine, bono alicui, ut hunc parere possit effectum, duplicem inesse debere conditionem; alteram quidem, quod in se ea omnia contineat bona, que anima expetere possit; alteram, vero, quod illa tuto possideat, quin eorum sacuram sit subitura. At ex omnibus creatis bonis nulli duplex hæc inest conditio; nemo enim aliorum perfectiones possidet, immo neque æternam eas possidet, que sibi sunt proprie, ac peculiatæ; ideo anime requies, & felicitas in alicujus creati boni possessione consistere nequit. Confutandum est ergo ad increatum bonum, quod Deus est; qui tamen cum in hac vita possideri minime possit, eo modo, quo opus est, ut felicitas adit; requiritur necessario, ut hoc bonum in altera vita inveniat ab anima, ubi Deum, æternum, ac summum bonum perfecte, atque in æternum possideat; quod profecto esse non potest, nisi anima sit immortalis.

Anima habet naturalem immortalitatis desiderium.

Ad hæc videmus, naturam omnibus hominibus immortalitatis desiderium iniecit, unde sequitur, ut nemo naturaliter mortem non timeat, ac in æternam vitam traducere minime cupiat. Anima violentum hoc semit desiderium; cumque nequeat semper in terris versari, contendit tamen in hominum memoria saltem vivere, & quamdam nominis suo comparare eternitatem; quod quidem alicui præclaris rebus gestis, alii vero scientiis, ædificiis operibus conatur acquirere. Hinc fit, ut ambitiosi semper altius provehi cupiant, & avari in futurum tempus opes congerere studeant. Pauci tamen horum motuum causam intelligunt, que non alia profecto est, quam violentum illud desiderium, quo anima nostra quocumque in loco, & omni tempore esse cupit, atque per hanc inquietam sollicitamque cupiditatem satis offendit, ipsam eundem cum tempore finem nequaquam habituram, sed ad eum finem contendere, qui non habet finem, quemadmodum loquitur S. Augustinus. Hoc igitur desiderium adeo violentum, atque universale frustra esse non potest, non secus ac instinctus ille, quem naturæ Deus omnibus animantibus indidit; & inclinationem illam, quam omnibus omnibus impressit, ut ad suam finem ferantur.

Longe plures rationes superant, aliæque probationes immortalitatis anime nostre seu plussicæ, seu morales, quas Theologi flagitiosorum hominum questionibus, atque objectionibus responsuri fuisserat; quarum singulis licet neque metaphysice perspicuitas, neque mathematica infirmitas demonstratio, omnes tamen simul adeo valide sunt, tantumque roboris habent, ut Ethnicos ipsos persuadere poterint, eosque cogere, ut vici manus darent, ubi vel crasse ignorantie tenebris obruti, vel cæcæ obstinationis perfracta obdurati non essent. Quod tamen ad Christianos homines per-

tinent, præter Scripture locos, quos superius attulimus, nemo unus ignorare potest, hunc fidei nostre, ac symboli articulum esse; eamque veritatem ab universali Ecclesia fuisse definitam sexta Generali synodo, ac deinde Lateranensi Concilio confirmatam ita ut de eadem ambigere, idem censendum sit, ac eodem tempore & rationalis, & Christiani hominis qualitatem exuere.

Sciendum est, juxta S. Pauli doctrinam, in nostrum unocumque duplicem quodammodo reperiri hominem, interiorē scilicet, atque exteriorē, animam videlicet, & corpus; quæ cum in nobis duplex vite genus constituit, duplici mortis generi sumus obnoxii. Corporalem habemus vitam cum brutis communem; & animæ vitam, que nos Angelis similes efficit. Hæc quidem spiritualis est, pura, sancta, & ab iis omnibus, que terrena, & carnalia sapiunt, expedita. Principium vite corporis, anima est; animæ vero Deus, qui in anima per gratiam inhabitans efficit, ut supernaturalem, divinamque vitam vivat, quemadmodum anima præstat, ut corpus naturali vita fruarer. Ita non secus ac postquam anima cessavit corpus moritur, ita moritur anima eodem temporis momento, quo ab illa recedit Deus. Cum autem anima longe præstantior sit corpore, & Deus infinite superior anima, cum Deus animam deserit, & ab illa divellitur, hæc mors animæ per Dei secessionem insulsa proculdubio gravior est, ac magis desolanda, quam mors corporis, que tunc contingit; cum a corpore anima excedit.

De anima in sua naturali stantia considerata.

Si quid in terris est, propter quod peccatum tantum malorum omnium maximum perhorrescere teneatur id præcipue censendum est, quod mortem anime nostre infligit, nobis gratiam vitam eripiens, nobisque Deum auferens, summum videlicet, unicuique bonum, quod in æternum nos felices efficere valeat, & quod deinde nos iis omnibus meritis exuat, que virtutum exercitatione potuimus acquirere; quod illi cum naturali morte commune est, homini omnia bona, omnesque divinitas auferente.

Peccatum anime vitæ amiserit.

Notandum est, juxta Christianæ Religionis principia, animæ nostre duplicem essentiam inesse, alteram quidem naturalem, supernaturalem alteram, eamque secundum supernaturalem essentiam non esse immortalem, quemadmodum S. Hieronymus inquit, potest enim amittere gratiam, quæ vita ipsius est supernaturalis; immortalis vero esse secundum naturalem essentiam ex nature sue statu, suæque substantiæ incorruptione. Nullum habet vel intra, vel extra se principium, quod delectari possit, Deus unus illam in nihilum redigere potest; immo neque in se illum habet corruptionis principium, essentia illius est forma simplex; neque ulla exterior est causa, que illum possit destruere, quia spiritus est, & materia in spiritu agere nequit, cumque proprietates eius sint essentia simplicis, indivisibilis, atque incorruptibilis, dubitandum non est, quominus sit immortalis.

Animaque naturaliter immortalitatem desiderat.

Illud autem ostendit animam naturæ legibus obnoxiam non esse, quod naturale ipsi inest immortalitatis desiderium. Quorum homines magnificas zedes extruunt, belli tot pericula subeunt, tot posteris scripta relinquunt, tumulis suis exquisitissima inscribant Epitaphia, nisi ut in hominum existimatione superstiti immortalitate fruantur. At hoc naturale desiderium inane penitus esse non potest; nequeunt homines mentes suas in eternitatem extendere, immo neque eternitatis cogitationem concipere possunt, nisi illam anime ipsorum valeant possidere. Igitur immortales sunt, idque voluit Deus, ut magnificentia, atque justitia sua æternum enitesceret, magnificentia quidem in cumularissimo gloriæ sue premio, justitia vero in severissimo scelerum omnium supplicio.

PARAGRAPHUS VI.

Loci ex Aestheticis libris, Neotericisque Concionatoribus delecti.

Sandus Gregorius Nyssenus ait, quemadmodum oculi, qui reliqua objecta quæcumque intuentur, seipsum tamen nisi inspecto intueri non possunt, ita animam, que omnia cognoscit, se ipsam tamen cognoscere minime posse nisi in speculo scripturarum de ipsius creatione loquentium.

De anime præstantia, que ex se dignitatem suam intelligere non potest.

Ibi illa dicit, se manu Dei elaboratam fuisse, hunc statu suo humanum corpus animasse, ubi intruetur, Deum, qui in cæterorum operum creatione est usus imperio, in homine operando, deliberatione usum esse, atque consilio: ubi etiam intelligit, Dei imaginem in se insculptam fuisse, atque cognoscit tot caracteribus dignitatis suæ se fuisse consecratam: Factus est hominem ad imaginem nostram. Gen. 2. Bivros.

Fieri ne potest, inquit S. Bernardus, ut anima, que omnia ferme hæc terrena cognoscit, ignoret, quomodo, & quem ad finem creata sit? Vel si cognoscit, sciens se ad imaginem Dei sui factam fuisse, & ob id factam, ut illum in æternum possideat, haud ægre hoc tantum boni relinquar carnis corruptionem secutura? Ad hæc, si Dei sanguis nostræ redemptionis est pretium, & si ratio vult, ut rem, que redempta fuit, ex illius sanguinis pretio æstimemus; postquam animarum nostrarum salutem contemneret, quin sanguinem Filii Dei contemneremus, scientes illum mortem oppetere voluisse, ut hanc revocaret ad vitam? Nonne in nosmetipsos barbari, ac sævi estemus animabus nostris minime consulentes, ita ut vitam morte adeo pretiosa acquisitam illi conservare non possemus? Richardus I. de Perfectione Christiana cap. primo.

De anime morte per peccatum.

Si verum est, uti anima vita corporis est, ita Deum esse vitam animarum nostrarum, vellene ipsa poterit recedere a Deo, non solum vita sua; verum etiam vitam suæ felicitate? Præcipue vero si consideret, se peccatis mancipari non posse, quin seivorem patret necem, quam quæ animas a corporibus sejungit, necem, que locum præbuit S. Bernardo exclamandi: gloriari ne potestis aliquem vobis inesse Christianæ pietatis sensum, si corpus intuitus, a quo recessit anima, vos miseret, non miseret vero ejus anime, a qua Deus recessit? Si amici alicujus interitum videre non potestis, quin in inutilis lacrymas erumpatis; animæ vestre mortem fœcis oculis spectare poteritis? Eos defunctis mortuos, quos lacrymæ suscitare minime possunt, quin animarum vestrarum mortem defœatis, quas per pœnitentiæ lacrymas ad vitam revocare poteritis? Idem.

Quam animarum nostrarum dignitas putanda est, quandoquidem Dei ipsius imaginem referunt, equique spiritualitate, intelligendi vim, immortalitatem imitantur? Verumtamen existimatio, que de anima habenda est, non simpliciter theoretica, sed etiam practica esse debet, ita ut animam nostram pro ipsius dignitate habeamus in pretio, atque subinde nobismetipsis dicamus id, quod olim CHRISTUS JESUS Judæis: Cujus est imago hæc? Quoniam vero Dei imago est, eam illi, que par est, reverentiam præstemus. Nobilium vult esse vitam suam, qui sibi commisit imaginem suam. Vult Deus, ut nobilem, divinam, dignamque Deo vitam ducamus, quandoquidem nobis hanc dedit imaginem, ut illius curam geramus, eamque diligentissime custodiamus. Bivros 2. Sermonem pro feria quinta Cinerum.

Quanti a Deo fiat anima nostra.

Dicendum profecto est, existimasse Deum, hanc animam in seipso admodum pretiosam esse, ac plurimum gloriæ suæ conferre posse; quandoquidem tot, tantaque subit, ut illum quocumque scelere ablueret. Quemadmodum si pictorem quempiam viderem omnia bona sua tradere ad tabulam a se depictam, licet luto conquinatam, atque delatam redimendam: inde arguerem, opus illud ab auctore suo præstantissimum existimari, atque inter tot macularum fœditatem pretiosum aliquid ab ipso deprehendi, cum tanto illud velit pretio comparare: ita cum video, Deum ex ipso vitorum cœno, atque flagitiorum volutabro animam eruere, illam tanta anxietate perquirere, tot, tantaque mala pati, vitamque suam ad illam redimendam impendere, tunc quidem intra me dico, quantum pretiosa, atque excellens hæc esse debet, quandoquidem tot aspersa maculis tanta cura perquiritur, tanto labore, tantaque pretio redimitur? Tunc cum S. Bernardo concludo: Mira dignatio Dei querentis, sed mira dignitas hominis que sit! Idem.

Hæc de causa Apostoli ardentissimo zelo succensurum saltem quæverunt, atque cum S. Paulo dicere poterunt: Ego autem libentissime impendam, & superimpendam ipse pro animabus vestris. 2. ad Cor. 12. Ite Apostoli, maria percurrere, provincias peragere hæc una spe ducti futurum, Houdry Bibl. Tom. I.

ut aliquam animam salvam faciatis. Præclara est laborum vestrorum merces; ipsa enim Dei, tamquam Creatoris imaginem refert; ipsius virtutum particeps est, tamquam Redemptoris; & per hanc redemptionem digna fit, ut in æternum fruat aspectu ejusdem tamquam Glorificatoris. Idem.

Intellige, quanti momenti sit salus, & cognosces, quanta sit anime dignitas. Si illius spectas originem, ex Dei manu prodiit; ab illo, quid ipsa est, accepit; ille hanc fecit non tantum infirmum aliquod suæ potestatis indicium, ut cætera animantia rationis usu carentia; sed tamquam suæ cognitionis, atque sapientie vivam imaginem. Si ejusdem naturam perpendis, ipsa est invisibilis, spiritualis, immortalis substantia, in se Creatoris sui imaginem gerens, quæ ex iplo conditionis suæ privilegio, postquam in tempore vixit, quod statim finibus circumfribitur, in eternitate nullis habitura finibus vivere debet. Si illius finem respicis, hæc ideo creata est, ut in æternum Deum laudet, & colat. Itaque quidquid Deus non est, illum debere quidem potest, reperi non potest; Deus unus illi satis esse potest; & licet tranquilla pace frui videatur, nunquam tamen vera quiete fruetur, nisi iterum cum principio suo conjungatur. Sin autem pretium consideras, quod pro eadem redimenda perfolutum est, inventis illam fructum esse passionum JESU CHRISTI, sanguinis ipsius pretium, & quam veluti nova novi mundi Creatura usus Deus est Creator, atque Redemptor. Fleebier in adoratione prima pro Clericis.

Quanti a Deo fiat anima nostra, & quanti momenti ejus sit salus.

Anima nostra Dei opus est: de effectu ex ejusdem causa judicandum est. Ipsa imago Dei est; ejus dignitas ex ipsius similitudine censenda est. Facta est, ut diligat Deum; ejusdem præstantia ex munere suo est intelligenda. Pretium est sanguinis, & mortis Dei, quanti valeat, ex pretio ipsius reputandum est. Nihil hac nobilius, nihil præstantius, nihil tamen magis illa negligitur quoad utilitatem, quæ animabus præstare tenemur. Illæ seductur erroribus, falluntur illecebris, vulnerantur scandalis, modo prævis consiliis, modo nefariis exemplis necantur; ipsarum libidini traduntur, in sua nequitia foventur; in ignorantia deseruntur; & satis misericordes esse putamus, si corpus, a quo recessit anima, prosequimur lacrymis, cum animam, a qua recessit Deus, fœcis oculis intueamur. Idem.

Quot anime famelicæ, ac Dei verbum esurientes petunt panem, neque inveniunt aliquid, a quo sibi frangatur? Quot cæci quibus si oculus addidisset dux, tuto in Domini vias fuissent ingressi, una cum cæco duce præcipites cadunt in foveam? Quot oves errantes, & vagæ, quas pastor sollicitus, ac vigilans, vel salubri lenitate, vel prudenti severitate coegisset in pascua, eo quod omni cæverunt auxilio, tandem misere laniantur ac devorantur? Quot languentes, ac macie confecti paralytici in ipsa piscinæ ora contabescunt, quod hominem non habent, a quo, ubi Angelus Domini eorum conscientias attingerit, in eam conspiciantur? Anima JESU CHRISTI Sanguine redempta sexcentis Mundi pretiosior est; quam igitur rationem redditurus eris de tot animabus, que tua, fortasse de causa interierunt? Idem.

Scrutare quocumque liberet Divini Verbi Incarnationis causas, omnes ad unam salutis animarum nostrarum causam rediguntur. Deus venit in mundum; cur? Ut animas a peccato, ac demoniis servitute eriperet: ut illis veras sanctificationis earundem rationes detegeret, ut eas in statum illum vocaret, ubi perfererent in gratia, quam ipsis promeruit. Quanta erit gloria tua, si quid conferre poteris saluti animarum, quas ut salvas faceret, mortales exuvias induit; si spirituali, ac temporali subsidio easdem de peccatis eripere poteris! Omnia quidem nostræ Religionis arcana sublimia sunt, & admirabilia; verum aucter dicam, nullum utilius, nullum divinius est, quam saluti animarum prodesse. Hoc est divinum omnium divinissimum, quemadmodum a S. Dionysio appellatur. Joly in mixtis operibus, sermone de Anime dignitate.

Verbum æternum incarnatum est ut animas salvas faceret.

Summa captus admiratione S. Augustinus animadverit animam, que ea omnia cognoscit, quæ sunt extra se, plerumque nescire, quid ipsa sit, & quanti valeat; immo etiam negligere hanc cognitionem: Quæ est ista, quæ tam multa cognoscit, seipsam nesciens? Omnia extra se posita, videt; Cc 2 det;

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.